



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

15. De Fortunato Episcopo Turonensi, & Felice Episcopo Tarnisano, qui
oculorum dolore apud altarium B. Martini liberati sunt.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

410 COLLATION. SACRAR.
feretri. Accensilq; super cruces cereis, atq; c
roferalibus, dant voces in canticis, circumet
urbem cum vicis. Nec prætereunt vllum ho
spitium, quod non hac circuitione conclu
dant. Quid plura? non post multos dies fines
huius ciuitatis lues aggreditur memorata. Ve
runtamen vsq; ad eum locum accedens, quo
beati pignus accessit, ac si constitutum ceter
ret terminum, intrò ingredi non modò non
est ausa, sed etiam quæ in principio peruale
rat, huius virtutis repulsi reliquit.

*Paulus Diaconus libr. 2. cap. 9. de gestis Longobardo
rum, de Fortunato Episcopo Turonensi, & Felice
Episcopo Taruisano, qui oculorum dolore apud al
tarium B. Martini liberati sunt.*

CAP. XV.

Fortunatus cum oculorum dolorem ve
hementissimum pateretur, & similiter
Felix socius eius, eorundem dolore labora
ret, vtriq; ad basilicam beatorum Pauli argut
Ioannis, quæ intra urbem Taruisanam sita est,
perrexêre. In qua etiam altarium in honore B.
Martini confessoris constructum, propinquum
habet fenestram, in qua lucerna ad exhibendū
lumen est constituta. De cuius oleo postquam
fratres isti Fortunatus scilicet & Felix dolentes
oculos detigerant, ilicò dolore fugato, sanita
tem quam optabant adepti sunt. Qua de cau
sa Fortunatus in tantum beatum Martinum
veneratus est, vt relicta patria, paulò ante
quia

LIBER III.

quā Longobardi Italiā inuaderent, ipsius sanctissimas reliquias in Gallia sitas, visitare decreuerit: quod iter suum per flumina, mōtes, valles, oppida, pagos, ipse in carminibus suis dilucidè describit. Qui postquā Turonos iuxta votum proprium peruenit, Pictauos pertransiens illic habitauit, & multorum ibidem sanctorum gesta, partim prosa, partim metrica oratione conscripsit. Nouissimeque in eadem ciuitate primū presbyter: deinde Episcopus ordinatus est, atque in eodem loco, digno tumulatus honore quiescit. Hic B. Martini vitam quattuor libris heroico versu contexuit, & multa alia, maximeq; hymnos singularum festiuitatum, & ad diuersos amicos versiculos nulli poetarum secundus, suauis & disertis sermonibus composuit. Ad cuius ego (Paulus diacon.) tumulum, cum illuc orationis gratia aduentassem, epitaphium rogatus ab eiusdem loci Abbate, contexui.

*Paulus diaconus lib. 3. cap. 1. de gestis Longobardorum.
De uirtutibus uiri Dei Hospitii, pœna inuadentium illum, ac miraculosa eorundem per S. Hospitiū curatio.*

CAP. XVI.

Longobardorum in Gallias aduentum, uiri Dei Hospitii, qui apud Nicœam errat inclusus, sancto sibi id reuelante spiritu longè ante præuidit, & eiusdem urbis ciuibus, quæ mala imminerent, prædixit. Erat enim uir

S 2 ist e